

5  
SERENISSIMI POTENTISSIMIQUE  
POLONIARVM REGIS  
AC PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIS  
PRAESIDI IN SENATV ECCLESIASTICO CON  
SILIARIO AVLAE AC PROVOCA  
TIONVM

ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO

DN· IO· GEORGIO  
A PONICAV

DYNASTAE POHLAE SCHOENBRVNNAE  
ET TASCHENDORFI

HEROI AC LITERARVM MAECENATI  
OMNIA TANTI FASTIGII DECORA

COMPLEXO

CVM

IN PROVOCATIONVM SENATV  
PRAESES SPLENDIDISSIMVS

FAVSTO IVSTITIAE AVSPICIO

CONSTITVERETVR

QVA PAR EST PIETATE ATQVE OBSERVANTIA  
HANC SVMMAE DIGNITATIS ACCESSIONEM

GRATVLATVR

ACADEMIA VITEMBERGENSIS



**M**Inoa diuo sanguine prolatum,  
Finxere uates, Iceptri geri Iouis,  
Et matris, Europae, uenustae,  
Quam genuit Libycusque Agenor.

Illustris ortum quis **PONICAVIAE**  
Gentis uetustum dinumeret fatis,  
Virtute tanta, gloriaque,  
Tot per Auos, Abauosque, ductum?  
Is cuncta miris eloquitur modis,  
Ac oris ad se melliflua trahit  
Facundia, terret profanos,  
Atque simul recreat modestos.

Orationis blandiloquo **TVAE**,  
Ecquae resistent pectora flumini?  
Linguae ferox quis non tremiscat  
Fulmina dira **TVAE** tonantis?



Heros ministrat Gnosiacus fide  
Sancta Themistos perpetuo sacris,  
Fures marinos dat tumente  
Strenuus ex pelago fugatos.

Pridem perita est experientiae  
Astraea lactans iam PONICAVIAE,  
Te cum uiderunt, ter ga uertunt  
Omne nefas, scelus omne, dura.

Dictaeus annos incoluit nouem  
Antrum remotum Chaonii Iouis,  
Hinc iura, scita mente scripta,  
Ciuibus et retulit superbis.

Summos Senatus quot PONICAVIVS,  
Seu Praefes amplus, seu locius facer,  
In Saxonis sublatus aula,  
Templa tot et Themidis frequentat.



Cres cum probaret iustitiae decus,  
Munus supremi iudicis accipit,  
Cui ceteri decreta caussae  
Subiiciant sua iudicatae.

Ornatus alto munere Praefidis  
Hoc in Senatu es, qui data discutit  
Iam iura, tandem prouocantes  
Ad requiem placidamque ducit.

Laetamur omnes, innumeris TVIS  
Quos obligasti totmeritis TIBI,  
Fastigio quae digna tanto,  
Fauस्ताque cuncta TIBI precamur.

Sit mentis ardor, corporis ac uigor,  
Pridem probatus, perpetuus TIBI,  
Quem uoce, plenae spe salutis,  
Pierides uenerantur una.

---

VITEMBERGAE  
EX OFFICINA CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP  
ANNO c13 13 CC XV



SERENISSIMI POTENTISSIMIQUE  
 POLONIARVM REGIS  
 AC PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIS  
 PRAESIDI IN SENATV ECCLESIASTICO CON  
 SILIARIO AVLAE AC PROVOCA  
 TIONVM

ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
 DOMINO

IO·GEORGIO  
 PONICAV

AE POHLAE SCHOENBRVNNAE  
 ET TASCHENDORFI

AC LITERARVM MAECENATI  
 OMNIA TANTI FASTIGII DECORA

COMPLEXO

CVM

PROVOCATIONVM SENATV  
 SES SPLENDIDISSIMVS

FAVSTO IVSTITIAE AVSPICIO  
 CONSTITVERETVR

PAR EST PIETATE ATQVE OBSERVANTIA  
 SVMMAE DIGNITATIS ACCESSIONEM

GRATVLATVR

EMIA VITEMBERGENSIS

